



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De vindicta dei in Herodem. Cap. XVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

HAYMO DE CHRISTIA.

pax tibi, inquit, & oscularus est eum, & ita ambo capite plexi sunt. Sed adest continuo vindex dei dextrain præfatum Herodem.

DE VINDICTA DEI IN HE-

rodem, Iosephus. Cap. XVIII.

NAm cum postmodum apud Cæsaream in honorem Cæsaris spectacula faceret, arrogansissime induitus ueste mirabiliter auro & argento contexta, à populis stupentibus ex metalli radian-
tis fulgore, deus subito appellatur, atq; vt fiat propiti-
us exoratur. Sed quia appellationem & fastum non
repressit, mox percussus ab angelo, & incredibili do-
lore ventris & inflatiōe correptus, respiciens ad ami-
cos: En ego, inquit, deus vester, ecce percellor confe-
stim, & detrahor è vita.

LVCAS IN ACTIBVS APO- stolorum. Cap. XIX.

DEinde scatēs vermibus, expirauit, agens septimū regni sui annum, quatuor sub Caligula, tres reli-
quos sub Claudio.

DE SIMONE MAGO.

Caput XX.

SVb hoc tempore quidam Simon Samaritanus, caput totius prauitatis, & principium totius heresis, sub Claudio Cæsare magicis artib⁹, & ope dæmonum subleuatus, in vrbe Roma deus decen-
titur, & simulacri portatur honore, collocati inter duos pontes fluminis Tiberis, habēs etiam titulum Latinis verbis, Simoni deo sancto. Sed non diu per-
manet, fraude diuinitus detecta.